



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Breuiarius Moguntiu[m]

[Straßburg], [ca. 1500]

Lect[i]o sexta.

urn:nbn:de:hbz:466:1-31634

nomine iesu christi nazareni
surge et ambula in pace. **Ant.**

Exsiliens claudus et ambula-
bat et intravit cum illis ambu-
lans et laudans deum. **Ant.**

Uidit populus claudum am-
bulantem **ut supra. Lectio iij.**

Isti sunt qui te ad hanc glori-
am puererunt ut gens sancta
populus electus. ciuitas sacer-
dotalis et regia per sacram be-
ati petri sedem caput orbis effe-
cta latius presidere religionem
diuinam quam dominatione terrena
Quamuis enim multis aucta
victorijs ius imperij tui terre
marisque protuleris minus tamen
quod tibi bellicus labor sub-
didit quam quod tibi pax christi-
ana subiecit. **Tu. R.** Domine si
tu es iube me venire ad te su-
per aquas. et extendens manus
apprehendit eum. **Et dixit iesus**
modice fidei quare dubi-
tasti. **R.** Tunc vidisset ven-
tum validum venientem timu-
it. et cum cepisset mergi clama-
bat dicens domine adiuua me.

Et dixit iesus. Lectio quarta.
Deus namque bonus iustus om-
nipotens qui misericordiam suam hu-
mano generi nunquam negauit:
omnesque in corde mortales ad cog-
nitionem sui abundantissimis se-
per beneficijs erudiuit volun-
tariam errantium cecitatem et
procliuem in deteriora nequi-
tiam secretiore consilio et alci-

ore pietate miseratus est. **R.**

Surge petre et indue te vesti-
mentis tuis. accipe fortitudi-
nem ad saluandas gentes. **Et**
cecidit catene de manibus
tuis. **R.** Angelus autem domini asti-
tit. et lumine refulsit in habitacu-
lo carceris percussitque latere pe-
tri excitauit eum dicens surge
velociter. Quia ceciderunt.

Ut autem huius Lectio sexta.
Inenarrabilis gratie per totum
mundum diffunderetur effectus
romanum regnum diuina pro-
uidencia preparauit. Cuius
ad eos limites incrementa pro-
ducta sunt et dilatata: ut his
cunctarum vniuersarum gentium vi-
cina et longinqua contineret
vniuersitas. **Tu autem domi-
ne miserere nobis. Deo gratias.**

R. Tu es pastor ouium prin-
ceps apostolorum. tibi tradi-
dit deus omnia regna mundi.
**Et ideo tradite sunt tibi clau-
ues regni celorum. R.** Quod
cumque ligaueris super terram.

Et ideo tradite. In secundo
nocturno ant. Petrus autem ser-
uabatur in carcere et oratio fie-
bat sine intermissione ab eccle-
lesia ad deum. **Ant.** Dixit
angelus ad petrum. circunda
tibi vestimentum tuum et se-
quere me. **Ant.** Visit domi-
nus angelum suum et libera-
uit me de manu herodis. alle-
luia.